

DE IMITATIONE
SCRIPTORUM ROMANORUM
IMPRIMIS LUCANI

SCRIPSIT
CAROLUS HOSIUS

Von


FESTSCHRIFT
DER
UNIVERSITÄT
GREIFSWALD



1908/718


OO AUSGEGEBEN ZUM OO
REKTORATSWECHSEL
OOO AM 15. MAI 1907 OOO

GREIFSWALD
F. W. KUNIKE
*** 1907 ***



KA
78
1307

In intenta illa et assidua cura, quam hodie perscrutandis et examinandis scriptis Romanorum philologi impendunt, haud parvum temporis et sudoris in expedienda quaestione illa insumptum est, quatenus quicumque inter alios eminuit, cum iis cohaereat, qui in eadem vel proxima regione antistiterunt. Non modo quid exemplaribus Graecis, quae ut diurna nocturnaque manu versarentur, etiam praeter Horatium multi flagitarunt et effecerunt, quid suis viribus Romani universi debuerint, sed etiam qua inventionis felicitate et proprietate singuli usi sint, sedulo et curiose perquisitum est. Neque opera aut oleum periit; nam ad rectius aestimandum et totius gentis et uniuscuiusque scriptoris ingenium et facultatem lucrum haud exiguum ex his studiis provenit. In iis facile observatum est Romanos numquam dubitasse ab eis, qui antecesserant, ut res et argumenta ita etiam verba et dictionem mutuari, idque maxime factum esse a poetis; nam tantum absuit, ut hoc sibi vitio darent, ut ita illis, quibus se applicabant, laudes blandas impertiri et suis libris ex operibus spectatae famae expressis praecipuum splendorem infundi arbitrarentur. Quod cum singulis locis neminem commentatorum fugere potuisse, tamen res universa non illustrata est, donec vir emunctae naris in hac nova terra viam aperuit et munivit. Quem secuti multi in eandem arenam descenderunt, ut inde ab eo tempore illae dissertationes prodierint et prodeant, quibus praefixa sunt inscriptiones: *De initiatione — ana, Quatenus hic pendeat ab illo, De fontibus et exemplis*, quique alius index placuit. Quo labore insomni multum perfectum, multum peccatum est. Nam salebrae, quae in agro opimo, sed fere inculo non possunt non inesse, initio non semper animadvertebantur neque, si sentiebantur, semper devitabantur ab illis, qui laudabili ardore nova inveniendi abrepti fructus interdum haud satis maturos decerpebant. Itaque operae pretium esse duco hac occasione data de difficultatibus in hoc agro arando obviis disserere, non quo post tot labores doctos multa nova me prolaturum putem, sed ne iis, qui hic primam messem facere temptant, desit, quod praemoniti pro disciplina et praceptoribus habeant.



Duo imprimis obstacula in hac terra exsurgunt. eaque inter se contraria. Quorum altero superato, si modo superari possit, numerus imitationum augetur, altero recte intellecto minuitur; illo enim efficitur, ut quae sunt imitationes non videantur, hoc, ut quae videntur non sint. Quod quamvis quodammodo absurde sonet, tamen res aliter se non habet.

Atque ut iam priorem nodum manibus attrectemus, multae Romanorum imitationes nobis hodie non iam revelantur. Non sermo hic est de illis verbis et verborum coniugiis, quae ex libris deperditis Naevii, Ennii quique alias intercidit desumpta esse nonnumquam divinamus; sed ne in libris quidem, qui aetatem tulerunt, comparandis imitatorem deprehendere semper possumus aut audemus, cum consensus tam levis sit, ut, etiamsi oculos et memoriam legentis non praeteriit, tamen aemulationis speciem necessariam nemo iudicet, nedum aliis probet. Attamen haud raro duo loci paucis, quin nullis verbis concinente sincerae imitationis exemplum sunt; quod fere accedit et in verbis noti scriptoris ad finem novum recoctis et immutatis vel in parodiis, ubi, etiamsi vix unum fontis verbum restat, tamen is, qui finxit, allusionem occultatam minime vult, et in imitationibus seriis, ubi certe qui nunc sunt scriptores, ut lateant, summo opere efficere student. Quae ad illustranda ut ex claris et certis ad obscura et incerta veniatur, ex lingua vernacula documentum omnibus perspicuum depromere iuvat. Cum anno 1817 Goethe recusans, ne canem in scaenam prodire sineret, ab administrato theatro Weimariano secedere coactus esset, acta diurna his versibus rem notaverunt: *Dem Hundestall soll nie die Bühne gleichen, Und kommt der Pudel, muss der Dichter weichen.* Hos facete et nasute ex Schilleri disticho: *Der Schein soll nie die Wirklichkeit erreichen, Und siegt Natur, so muss die Kunst entweichen* ad rem praesentem translatos esse, quamquam ne uno quidem graviore vocabulo concordant, vix est, quod moneam. Multo autem difficilius quam hodie, ubi quae verba volent per ora hominum, satis notum est, apud antiquos tales significationes et rationes deteguntur, multo minus creduntur.

Nonnulla tamen exempla sunt manifesta. Tiberium, qui conviciis lacesitus dicere solebat *oderint, dum probent* (Suet. 59), tragicam illam vocem *oderint, dum metuant*, in melius vertisse in propatulo est, nec minus eandem ad Constantimum contulit bucinator ille, qui coram imperatore proclamabat: *te vero, Constantine, quantumlibet oderint hostes, dum perhorrescant* (paneg. lat. VII 10). Statium, qui a Domitiano ad cenam vocatus sibi gloriosus videbatur *discubere in astris* (s. IV 2,10), Didonis epulas, ubi *discubbitur ostro* (Verg. A. I 700, in maius extollere voluisse totum carmen clamat;

idem Horatii c. I 3,8 *animae dimidium meae* provocavit exaggerando (III 2,7): *animae partem nostrae maiorem*. Alia magis lubrica videntur. Certe si Seneca controv. III pr. 7 de Cassio Severo narrat: *raro declamabat et non nisi ab amicis coactus*, nihil singulare nec rei nec verbis inest; atqui equidem quovis pignore certaverim haec cum litteris mandaret, viro tenacissimae, ut ipse gloriatur, memoriae in animo haesisse illud, quod de se Horatius professus est s. I 4,73: *nec recito cuiquam nisi amicis idque coactus*; cui sententiae qui subscribere vereatur, libentius fortasse manus dabit, si viderit ex eiusdem satirae v. 11 censuram de Lucilio aetam transiisse ad Haterium apud rhetorem contr. IV pr. 11 *multa erant, quae reprehenderes, multa, quae suspiceres, cum torrentis modo magnus quidem, sed turbidus fluere*. Similiter neque opinor ut dubites filius dial. IV 2,5 *adridemus ridentibus et contristat nos turba maerentium in usum suum convertit Venusini art. p. 101 ut ridentibus adrident, ita flentibus adflent humani voltus*, sicque tertius Annaeorum Lucanus, cum ederet I 277 *leges bello siluere coactae*, celeberrimum (vd. Quint. V 14,17) Ciceronis dictum *silent enim leges inter arma* (pro Mil. IV 10) animis revocare voluit, neque eum V 268 *Rhodano Rhenoque subactis copulaturum fuisse censeo, nisi antecessisset Ovidius f. III 729 Gange totoque Oriente subacto*, cum *fluvium subigere dictio sit haud vulgaris apud aetatis Augustae poetam excusata addito Oriente*, sicque hic quodammodo tectus met. IX 409 ausus est fingere *exul mentisque domusque*, audacius adiectivum solum eadem dementiae significatione epicus usurpavit VI 357 *exul Agaue*. Contra hic VII 151 *non tamen abstinuit venturos prodere casus per varias fortuna notas* praeivit Silio VIII 624 *nec cessarunt superi vicinas prodere clades iterumque ei placuit IX 1 cladisque futurae signa per Ausoniam prodentibus irrita divis*, cfr. etiam 178 Claud. cons. Stil. II 291. Sic Statii locus Vollmero non expeditus s. I 4,40 *lumina et ignarue plebis lugere potentes lucem accipit ex exemplari Lucani IX 169 nulli cognitus aero luctus erat mortem populos deflere potentis*; vd. Theb. XII 345. In versu poetae christiani Aratoris act. ap. II 242 *iam rabidas hominum Paulus superaverat iras agnoscere mihi videor imaginem* versus, qui est in carminis de bello civili libro I (183): *iam gelidas Caesar cursu superaverat Alpes*, neque timeo, ne repugnantia conectam, si Verg. A. (VI 131) IX 642 *dis genite et geniture deos*, quod Sen. dial VII 15, 1 Tac. dial. 12 paneg. lat. III 2 spectant, originem dedisse statuo non modo Silio III 625 *o nate deum divosque dature*, sed etiam Statio s. I 1,74 *magnorum proles genitorque deorum* (ex quo simulque ex Vergilio Claud. nupt. Hon. 253 *magnorum suboles regum parituraque reges*) et inscriptioni CIL III 710 (= Dessaui syll. 629) *diis genitis et deorun creatoribus*. Vix tamen cuiquam persuadere me posse con-

fido cohaerere Verg. g. I 107 *morientibus aestuat herbis* et Luc. I 16 *flagrantibus aestuat horis*, quamvis commissuram equidem suspicer. Talia vincula magis sentiuntur quam cognoscuntur, et sensus licet saepe decipiat multa animo rectius odoratur. Sexcenta vero certe vel sex milia congruentiae iusta exempla oculos vel Argi acie intuentes fefellerunt semperque fallent.

De hac difficultate auferenda cum leges dari nequeant, ad alteram transeamus, qua quae videantur esse imitationes minui et tolli dixi. Multis enim locis, quibus litterarum concordantia aperta oculos blande excipit, tamen consensus non consilio nec memoriae scriptoris, sed casui debetur, cum eos, qui easdem res tenent, saepe eadem verba non iussa sequantur. Bismarck cum illam vocem mitteret, quam omnes Germani norunt et praeter Germanos multi: *Wir Deutsche fürchten Gott, aber sonst nichts in der Welt*, non profectus est ab Arndtii versu (Lieder für Deutsche 1813 p. 76): *Sie (sc. die alten Deutschen) fürchteten Gott und nichts weiter*, sed ex ingenio hausit, quod rei temporique accommodatum putabat; neque helluonis illius, cuius nomen apud huius aetatis gentes in proverbium abiit, famulus stomachosus cum canit: *keine Ruh' bei Tag und Nacht*, verba mehercle traxit ex Philandri de Sittwalt visionibus, ubi (editionis anni 1650 I p. 201) imagini Invidiae adscripta leguntur, neque opinor ex St. Johannis apoc. IV 8 (XIV 11): *und hatten keine Ruhe Tag und Nacht*. Idem factum est apud antiquos cum scriptores pedestres tum poetas. Nam apud hos et legibus sermonis astricti et rei metricae ratione ultiro eadem verba et verborum formae proveniunt maxime idoneae ad genus sermonemque poeticum et ad versus regulam, sua paene sponte ad eosdem versuum locos migrant, eodem modo se apponunt et opponunt, quo fit, ut haud coacta summa similitudo nascatur. Quam normam in omnes, maxime vero in ultimos hexametri pedes cadere in confesso est, ubi legibus iam tironi decantatis efficitur, ut verba quaedam excludantur, adamentur alia et praeferrantur; itaque hic omnes poetae eadem verba repetunt non auctore aliquo adducti, sed necessitate metri aut facilitate; neque nisi singularitas quaedam propria dictionis accedit, talia imitationis fidem fulcire possunt. Qua in re quid sit singulare, difficile est discerni. *circumsonat (-nor) arnis et tupetibus altis* apud Vergilium A. VIII 474 IX 325 et Ovidium tr. IV 10,111 V 3,11 met. XIII 638 satis rara sunt exempla quaeque persuadere possint; *frenasse dracones* cum non uniuscuiusque sit, fortasse Val. I 68 ex Ovidio tr. III 8,3 desumpsit; at *flore iuventae* multi etiam sine Vergilio A. VII 162 VIII 160 proculdere potuerunt, et Auson. parent. VII 5 p. 34 P. *florentibus annis* sine Statio s. III 5,23, vix tamen idem parent. XXIII

7 p. 44 *laetis et pubescentibus annis* sine eiusdem Theb. I 21; (571), ille sine Petronio 119,20. Licet nostris poetis haud ita sollemne sit sidera caeli nocturna praeter lunam carmine tangere, Romanis in usu erat cum alia tum *plastra Bootae* versibus inducere, quae in verba excidunt Prop. III 5,35 Germanic. Arat. 139 Sen. Med. 315 Luc. II 722 Avien. descr. 697; 1212 Ennod. c. I 7,23 H. Boeth. cons. phil. IV metr. 5,3, cfr. Ov. m. X 447 Octav. 233 Juv. V 23 Mart. VIII 21,3 Avien. descr. 188; 511. Hominibus, qui nunc sunt, *Bellona flagellum* quatiens non trivialis imago est, antiquis vero ita advolat Verg. A. VIII 703 (quem deformavit Sen. dial. IV 35,6) Luc. VII 568 Sil. IV 439 Avien. descr. 1362 carm. contra pag. (PLM III 288) 22 Coripp. Joh. III 36 Anthol. lat. 240,14. Lenissima interdum mutatione ex vulgari clausula satis rara fit neque vi carens: *oscula fingens* apud Aratorem, Lucani perpetuum fere pedisequum, I 101 non sine huius VI 565 natum puto, sed una littera dempta exitus fit omnibus scriptoribus nec solis eroticis receptus *oscula figunt* (Lucr. IV 1171 Verg. A. II 490 Ciris 253 Ov. m. IV 141 Sil. XI 331 Il. lat. 848 Stat. Th. XII 27 Paulin. Nol. c. XVIII 249 Arator. II 412 Anthol. lat. 83,110). Similiter ubique, qui amant, iniciunt *bracchia collo* (Cat. LXIV 332 Tib. III 6,45 Ov. m. I 762 III 389 IX 459) aut *bracchia tendunt* (Ov. m. IV 581 VII 345 XI 262 ex P. II 9,65 al. Mart. VII 32,9), parentes dant *oscula nato* (Lucr. III 893 Verg. g. II 523 Ov. art. II 69 m. IV 222 VI 504 VIII 211 Val. I 264 Stat. Th. II 641 III 151 XII 640; 707); qui infelix est, percutit *pectora palmis* (Cat. LXIV 351 Verg. A. I 481 Ov. her. X 15 art. I 535 m. II 341, 584 III 481 V 473 X 723 f. II 803 carm. epigr. 398,7; 629,9 B.); milites ducis *signa* vel *castra secuti* (Verg. A. VIII 52 Ov. m. V 128 ex P. II 2,11 Luc. II 519; 531 IV 676 VII 831 IX 281; 379 X 10; 407 Val. VI 2 Sil. XVII 561 Claud. in Eutr. II 225) *proelia miscent* (Lucr. IV 1006 V 439 Verg. g. III 220 A. X 23 Ov. m. V 156 her. XIX 141 Sil. I 266 X 427 XIV 155; 521 XV 667), ut cumulentur *strugis* vel *caedis acervi* (Verg. A. VI 504 X 245 XI 207; 384 Luc. X 540 Val. III 274 Sil. V 665 VI 15 Stat. Th. V 249); in mari nauta, qui *litora ponti* (Ov. tr. I 2,83 IV 1,45 Luc. IV 429 VII 134 Val. II 366 IV 590 VIII 207 Sil. I 54 XVII 239 Stat. Th. IV 804 V 89 Claud. IV cons. Hon. 287) *post terga reliquit* (Ov. m. II 187 X 670 f. IV 281 Luc. II 628 IV 353 Sil. XVI 335; 396 Stat. Th. V 507 Juv. XIII 16 Claud. in Rufin. II 245 b. Getic. 297), vehitur per *aequoris undas* (Cat. LXVIII 3 Lucr. V 374 Ov. am. II 11,1 m. I 341 V 498 XIII 779 ex P. III 6,29) atque *nubila caeli* (Lucr. I 6; 278 V 466 VI 214, Verg. A. III 586 XII 367 Hor. c. I 7,15 Ov. m. V 286 am. I 8,9 f. II 493 Sil. I 535 V 37 Stat. s. III 3,36 Th. I 342; 664) et erum-

pentes e carcere ventos (Ov. m. XIV 224 Sil. XII 188 Stat. s. III 2,42 Th. III 432 Avien. descr. 628) metuit etc.; talia permulta co-acervarunt Zingerle, Ganzenmueller, Manitius, Weyman, alii. Quae clausulae iam obsoletae et inveteratae si adiectivis vel verbis one-rantur, hemistichiorum maior concordantia non petita existit. Velut illi *nubila caelo* praepositum est verbum depellendi apud Tibullum I 2,49 et Lucanum X 242, postpositum in Anthol. lat. 389,2; *vertice montis* (Verg. A. V 35 Ov. m. XI 503 Luc. III 470 Sil. IV 347 XV 405; 776) amplificatum invenimus eodem verbo *summo* apud Verg. A. XI 526 Sil. II 581 VI 644 Stat. Th. V 481; qui *volvit* (*iactat*) *sub pectore curas* (Verg. A. I 227 Luc. I 272 Sil. XV 19 Coripp. Joh. I 48 III 1 VI 232), deorum opem implorat more antiquo *tendens ad sidera palmas* Verg. A. I 93 Ov. m. IX 175 Val. I 80 Sil. XV 561 XVII 635 Stat. Th. I 497 Venant. S. Martin. IV 605), etc.

Quod in calce versus, non multo minus ratum est in fronte, ubi ob rationes metricas aut propter maiorem vim verborum ibi collocatorum quaedam unice arrident seque venditant. Cur priorem versus partem expleat *Amphitryoniades* (Verg. A. VIII 103; 214 Prop. IV 9,1 Ov. met. IX 140 al. Luc. IX 644 Val I 375 etc.) aut *quis fuit vel hic fuit ille dies* (Ov. am. III 12,1 f. II 195 Luc. II 99 Stat. Th. I 166 XII 698 s. I 2,241 Auson. XVIII 20,11 p. 257 Anthol. lat. 415,36), in aperto est; beatum virum cum praedicare vellent, versus inchoabant *felix qui potuit* Verg. g. II 490 Prop. I 12,15 Luc. IV 393 Boeth. cons. phil III metr. 12 1; 3; *di melius* et *di tibi dent* ibi positis gravitas augetur (Prop. IV 6,65 Ov. her. III 125 XVII 30 m. VII 37 IX 497 Luc. II 537 III 93; Prop. IV 9,59 Ov. am. I 8,113 tr. III 1,23 ex P. II 1,53 Luc. VII 470 Mart. VI 87,1 X 34,1); similibus causis alia initia in usum et consuetudinem venerunt: *i nunc et, nec mora et, a quotiens* (Prop. I 18,21 II 33,11 III 15,13 Ov. her. V 49 IX 79 XVI 239 tr. I 3,51 m. II 489 Luc. V 615), *vide ego et egomet* (Verg. A. III 623 Hor. s. I 8,23 Prop. I 13,14 IV 2,53; 5,61; 67 Tib. I 2,89 Ov. am. I 2,11 II 2,47; 12,25 Luc. VI 795 Stat. s. II 1,101 Auson. Mos. 270; 341), *ventum erat ad* (Verg. A. VI 45 Ov. f. III 651 Luc. VII 545 IX 511 Val II 332 Stat. Th. II 65 IX 225), sicque in versus exordio iterum iterumque redeunt *gemini fratres* post unius syllabae vocabulum, cfr. Verg. A. VII 670 Ov. m. V 107 (VIII 372) Manil. II 568 Luc. III 603 Mart. III 88,1 Claud. b. Get. 68 Anthol. lat. 661,1.

Tali via non paucae imitationes, quas deprehensas iam iactabamus, e manibus effluunt, quique talia captat, ne reti subtili aquam bauriat, timendum est; cautis prodeatur pedibus necesse est, ne furtus agatur is, cui fruges ultro accreverunt. Vergilium A. IV 386

dabis, improbe, poenas fontem esse Lucano V 158 *dabis, improba, poenas* erat, cum affirmabam; iudicium iam cohibeo edoctus talem loquendi formulam non ignotam fuisse Propertio II 5,3 *dabis mihi, perfida, poenas* Senecae Med. 340 *dedit illa graves improba poenas* Valerio IV 13 *dabit impia poenas* Statio Th. XI 334 *datis, improba lumina, poenas* Silio VII 539 *dabit improbus inquit . . poenas* Corippo Joh. IV 211 *reddam, improba, poenas.* *Tu mihi sola places* omnes amorum scriptores (Tib. IV 13,3 Prop. II 7,19 Ov. art. I 42) suis puellis spoonderunt, sed praeter poetas certe multi tunc ut nunc; nam Juppiter *periuria ridet amantum.* Num miraculi instar^{est}, quod apud Vergilium A. III 104 et Lucanum VIII 118 *iacet insula ponto?* Toti fortasse versus ita numero imitationum detrahendi sunt. Versus Manilii V 667 *inficiturque suo permixtus sanguine pontus* et Lucani III 577 *hauseruntque suo permixtum sanguine pontum* praeter primum verbum eosdem esse me fugerat, cum Mus. Rhen. XLVIII (1893), 393 in conexum inter duos illos poetas intercedentem inquirebam, non fugerat Ganzenmuellerum, (*Beiträge zur Ciris* in Fleckeis ann. suppl. XX 568; 650); sed num aemulatio epici statuenda sit, anceps haereo; tempes quaeso versum huius argumenti fingere: invenies eadem tibi occurrere, quae occurrerunt ut illis ita ex parte Ovidio met. IV 728 *mixtos cum sanguine fluctus* magisque scriptori Ciris 76 *multo misceret sanguine pontum.* Similiter, quod attinet ad litteras et rhythmum, magna aequabilitas apparent inter cons. ad Liv. 185 *iura silent mutaeque tacent sine vindice leges* et Luc. I 260 *rura silent mediusque tacet (iacet?) sine murmure pontus,* sed num alter ex altero pendeat, ambigi licet. In talibus exemplis similitudo sane, non certa aemulatio ponni potest¹⁾

His duabus difficultatibus, de quibus adhuc egi, tertia supervenit, qua numerus imitationum neque augetur neque minuitur, sed auctor transfertur. Etiamsi cognatione quadam duos scriptores se

1) Hanc legem in artibus pingendi, fingendi, aedificandi non minus valere, ut consentaneum est, exemplo non prorsus his studiis alieno illustrare liceat. E picturis, quae anno 1755 e cinere erutae mores vitae Romanorum cotidiana dilucide oculis subiciunt (cfr. O. Jahn, *Abhdl. der sächs. Ges. der Wiss.* V, 1870, 263), una in tabula I extans (etiam apud Baumeister *Denkm.* 1590 Engelmann *Pompeji* 21) ludi litterarii usum et consuetudinem adumbrat. Ibi discipulus ab aequali puero humeris sublatus remota fere veste a plagoso quodam Orbilio virga viminea caeditur. Hanc tragoidiam iteratam videmus in imagine pictoris Italiani Benozzo Gozzoli, qua in monasterio oppidi S. Gimignano sancti Augustini ad grammaticam aditum penicillo descriptis (klass. *Bilderschatz* 135): est in eadem imaginis parte pueri male habitu eadem condicio et status, idem vestimenti habitus, idem castigandi modus, haud dispar scholae species et circumstantium studium. Atqui Italianus saeculi XV picturas illas obrutas noscere nullo modo potuit.

contingere claris indicis patefactum est, tamen quaestio exoritur, utrum revera ille, qui subsecutus est, ad alterius exemplum verba elegerit an ex communi fonte concentus explicari possit. Qua in re maxime ei peccant, qui cum qua ratione alter alterum expresserit, sedulo disquirant, aliorum, qui et huic et illi innotuerunt, curam abiciunt, qui Silium comparantes cum Lucano, Iliadem latinam cum Silio, Claudianum cum Statio, Rutilium cum Ausonio Vergilium Ovidiumve non attendunt nec interrogant; nec minus culpam inscitiae aut socordiae in se admittunt, qui ut fontes detegant, Mantuani et Sulmonensis libros impigre evolvunt, scriptores inter hos et illum, quem sectatorem putant, intercedentes festinante pede transeunt. Hic quoque ex nostratis exemplum subnectere expediet. Goethe cum pervaletos illos versus dictis suis metricis insereret: *Alles in der Welt lässt sich ertragen, Nur nicht eine Reihe von schönen Tagen,* non Kortumi carmen, cui nomen est *Jobsiade*, expilasse putandus est, ubi I 24,4 antiquum, ut ait, proverbium ita redditur: *Wenn einer soll können tragen Eine Last von lauter guten Tagen, So muss er mit sehr starkem Gebein Von der Natur versehen sein,* nec Guil. Mueller Goethianum suum fecit paucis lustris post eum edito carmine: *Nichts ist dem Menschen so schwer zu tragen, Als eine Last von guten Tagen.* De germano fonte, aut Luthero aut Agricola, vd. G. Buechmann *Ge-flügelte Worte*²¹ (1903) p. 191.

Sic ut ad antiquos redeamus, fortasse erunt, quibus Lucani versus I 246 *deriguere metu, gelidos pauor occupat artus* cento fere videatur Ovidianus consutus ex met. VII 115 *deriguere metu* et III 40 *attonitos subitus tremor occupat artus*, at meliore iure Vergilium ducem et Ovidii et Lucani proclamarent, vd. A. VII 446 *subitus tremor occupat artus, deriguere oculi*, ex quo loco et similibus XI 424 *tremor occupat artus* g. IV 190 *fessosque sopor suus occupat artus* manarunt, interdum per ambages, praeter illos Ov. met. I 548 V 632 Germanic. Arat. 294 Val. IV 664 Sil. VI 409 Stat. Ach. I 930; vd. etiam paulo infra. Iidem si apud Statium s. IV 4,49 *fert animus* reperiunt, memores temporis, quo Ovidium in schola legere cooperant, silvarum poetam metamorphoseon auditorem pronuntiare properant; at debere potuit ille Lucano I 67, cui ut epicus epico et alias et hic eodem versus loco proprius adstat, potuit aliis aut sermoni cotidiano, vd. infra p. 22. Item qui ex Silii XIII 623 *o magni mihi numinis instar* et Mart. VII 12,11 *magni mihi numinis instar* artam ut in vita sic in poesi necessitudinem inter epicum et epigrammatum scriptorem elicere vult, debili nititur fundamento, cum uterque haurire potuerit ex Ovidio am. III 11,47, cfr. Luc. I 199 Stat. Th. X 361. Qui Lucani I 289 *vix inpune feres* ex Catulli 77,9 *id non inpune*

feres derivatum opinatur, praetervidit Ovidio sollemnem dictionem *haud vel non inpune feres* (met. II 474 VIII 279; 494 XI 207 XII 265 XIV 383 f. IV 595); epici vero IX 803 *haud inpune feris* toto caelo distat. Nec minus erret, qui Statii Th. XI 240 *portae statione relicta* ex Ovidio tr. II 219 deducit; debuit ex Verg. A. IX 222. Claud. Mar. Vict. Aleth. III 438 *fessos dulcis sopor alligat artus* quattuor verba Valerii I 48 repetit: *serus fessos sopor alligat artus*; sed cum huius memoria posterioribus temporibus obsoleverit neque apud Claudiū altero loco novetur, illum versum rectius referemus ad Vergilium g. IV 190 *fessosque sopor suns occupat artus* A. III 511 *fessos sopor irrigat artus*, cfr. Germanic. Arat. 294 *alligat artus* Sen. HF. 1079 Oed. 182 HO. 1413. Lucani versus V 74 *referunt trieterica Bacchae* non filis Vergilianis (A IV 302 *stimulant trieterica Baccho*), sed Ovidianis (rem. am. 593 *referens trieterica Baccho*) contextus est, cfr. met. VI 587 Val. II 623 Auson. grph. 35 p. 202 P. (aliter Ov. met. IX 642 f. I 393 Stat. Ach. I 595 Claud. rapt. Pros. II 67). Statii Th. I 466 *mens sibi conscientia fati* et Lucr. III 1016 *mens sibi conscientia factis* non plus duabus litteris dissonant; tamen poeta epicus non ad philosophi scrinia confugit, sed ad Vergiliū, cfr. A. I 604 *mens sibi conscientia recti*, quod totum transsumpsit Coripp. Iust. I 245, cum Ovidii clausula *conscientia culpae* (met. II 593 her. VII 191, cfr. Val. IV 356) confudit Alcim. Avit. c. II 275 *mens sibi conscientia culpae*; ex Lucretio fortasse Ovidius met. VIII 531 *manus diri sibi conscientia facti* descendit, ex utroque Iuv. XIII 193 sq.. Sil. XVII 88 *castra levī calamo cannaque intecta (?) palustri* utrum ortum duxerit ex Luc. V 517 *domus . . sterili iuncō cannaque intexta palustri* an ex Ov. met. VIII 630 (*domus*) *stipulis et canna tecta palustri*, in dubio pono; Aviani autem fab. 38,10 *humida līna trahant*, Aratoris I 993 *humida līna trahens*, Ausonii Mos. 243 *trahens humentia līna* non cohaerent nisi per Vergilium g. I 142 *trahit humida līna*. Itaque quisquis examinare studet, quali auctoritate alter alteri fuerit, ei in singulis scriptoribus acquiescere non licet, sed ne falso lumine oculos praestringat, omnes aut certe aetatis aureae et argenteae auctores tamquam ungues et digitos suos noscat opus est. Quo in labore vel firmissimae memoriae hominem permultos locos fugere cum consentaneum sit, magno plausu prosequendi sunt, qui suis editionibus auctores et imitatores apposuerunt. Quod in scriptoribus ecclesiasticis et monumentis Germaniae fere praescriptum haud ita saepe in iis, qui vocantur classici, factum est. Nam Woldemarus Ribbeck, qui fratris editioni Vergiliana priori talem elenchum adiunxit, operi non satisfecit neque tunc satisfacere potuit; melius iam munere functi sunt, ut paucos nominem, Keller in Horatio, Sudhaus in Aetna, Friedländer in Mar-

tiale et Iuvenale, Vollmer et Klotz in Statio adnotandis, multaque in commentariis allata sunt.

Quibus studiis ut pro mea parte symbolam conferam, specimen poetae heroici post Vergilium maxime celebrati prodeat ita, ut eius prooemio similes locos subseribam. Similes locos dico, non imitationes, neque metuo, ne quis post ea, quae supra exposui, me omnibus locis conexum sumere inter Lucanum et scriptores comparatos opinetur; immo permulta exempla adiecta sunt, non ut Lucanum imitantem aut expressum proderem, sed ut cognosceretur, quantopere eadem sententiae cumque sententiis eadem verba apud Romanos repeterentur. Itaque non similes versuum clausulas (ut 14, 46, 51, 84, 87, 95, 126, 154, 180, 182) aut initia (ut 8, 60, 61, 110, 145, 173) praetermissi nec multas non imitationes, sed formulas vel res congruentes ut 18, 21, 23, 58, 60, 64, 72, 74, 75, 81, 82, 91 etc.). Sat multa sane supersunt, quibus eluceat, quantopere priorum scriptorum vestigiis Lucanus sive dedita opera sive inscius insistat, nec minus, quot flores in eius hortulo nati a posterioribus decerpti sint.

Num ad Ennii fontem ora admoverit, dubium est; nam locus ad v. 6 allatus parum valet, ad 92 in proverbium cesserat. Neque maioris ponderis sunt, quos alios novi, ut ann. 230 V. *vestraque pectora pellite tonsis* cfr. III 543 *remis pectora pulsant* (Val. I 369 Sil. XI 489); 391 *nunc est ille dies* cfr. VII 254 *haec est illa dies* (Ov. f. VI 713 Mart. VII 21,1 Coripp. Joh. VI 556 Just. II 98, vd. supra p. 8). Ex Ennio et Lucilium fr. 1323 et Lucanum VI 164 hemistichium *vicimus, o socii* petivisse Marx haud sine probabilitate conciecit, quamquam satis tritum est illud *vicimus* in limine versus (Prop. I 8,28 Ov. m. IV 356 VI 513 X 443 am. II 12,2 III 11,5), illud *o socii* secundo loco (Verg. A. III 560 Ov. m. XIII 226 Luc. I 299) positum. Alia vd. Fleckeiseni ann. 145 (1892), 350 adn. 30.

Lucretium stoico poetae non doctrinam, at dictiōnem aliquotiens commodasse paucis exemplis probari videtur; nam quamquam sat tenuis auctoritatis sunt collati Lucr. I 723 *colligere iras* et Luc. I 207 *colligit iram* II 93 *colligit iras* (vd. Val. VII 335 Sil. IX 477 Stat. Th. XII 759 Coripp. Joh. II 143), Lucr. V 1100 *cibum flammæ mollire vapore* et Luc. VI 114 *mollire flamma* (sed cfr. Ov. m. XV 78), tamen apud hunc IX 918 sqq. easdem herbas enumeratas invenimus atque apud Epicureum IV 122 *panaces, absinthia taetra habrotonique graves et tristia centaurea*, neque clausula Lucretiana *corporis auctu* (II 482 V 1169) ab alio adhibetur nisi ab hoc epico IX 797.

Cum Catullo, Tibullo, Propertio ut argumento ita verbis nulla fere similitudo est, nulla certa imitatio neque in prooemio neque in aliis partibus. Quamquam Catulli carmini LXIV non deest, quod

comparari possit: 155 (cfr. LXVIII 3) *spumantibus expuit undis* — IX 117 (Verg. A. III 268 Manil. I 709 Sil. VI 163 XII 621 Claud. carm. min. LIII 86); 174 *reliasset navita funem* — VII 860 (Ov. met. XIV 445 Sen. Med. 612); 197 *amenti caeca furore* — X 146 (Verg. A. II 244); 231 *memori tibi condita corde haec vigeant mandata* — IX 85 sq.; 322 *quod post nulla arguet aetas* — X 176. Tibulli, quod gravissimum videri possit, exemplum supra p. 8 memoravi. Maioris momenti sunt haec Propertii: III 3,41 *rauco praeconia classica cornu* — I 238 (sed *raucus* tralaticium cornus epitheton est, vd. Verg. A. VII 615 VIII 2 Sil. XII 182 XVI 94); 11,33 *noxia Alexandria . . tellus* — VIII 823; 20,15 *signa:daque iura* — III 302 (Claud. in Eutr. I 380); IV 1,67 *Roma, fare* — I 200 VIII 322; 6,31 *crines in colla solutos* — V 143 (IX 632 Stat. Th. VI 589).

Inter omnes eminere Vergilium, ut par est, ipsi loci ad 1, 3, 21, 22, 28, 32, 46, 60, 63, 132, 144, 157 appositi evincunt multique alii confirmant, quorum partem luculentissimam hic congero contentus solis numeris: g. I 42—Luc. II 32; 208—VIII 467; 309—I 229; 324—II 290; 336—I 651; 351 sqq.—V 540 sqq.; 414—IX 231; 470 sqq., 487—I 525 sqq.; 479—I 645; 481—II 409; II 311—III 501; 484 (A. X 452)—II 557; III 225 sqq. (A. XII 103 sq.)—II 601 sqq.; 498 (A. V 329)—V 799; IV 79—V 715; 372—II 408; Aen. I 55—X 321; 103—I 416; 150—VII 512; II 324—VII 195; 337—I 687; 496 sqq.—VI 272 sqq.; 528 (XII 474)—X 460; III 285—VIII 195; 379—VI 812; IV 94—IV 496; 469 sqq.—VII 777 sqq.; 524—II 263; V 709—II 287; VI 5—X 537; 7—IV 100; 156—VI 658; 223 sq.—VI 534 sq.; 405—VII 320; 773 sqq.—VII 391 sq.; 889—IX 407; VII 145—VII 131; 225—VIII 797; 293—VIII 307; IX 51—IV 542; 427—II 315; XI 335—V 46; 405—II 407; 696—III 467; XII 409—I 388; 646—I 366; sexcenta alia vix minoris ponderis cumulare proclive est, non vero huius loci¹⁾.

Multo minus Horatio, de quo conferendi sunt infra 98,120,165, Zingerle, *Zu spät. lat. Dichtern*, 1873, p. 6, Ganzenmueller, *Beitr. zur Ciris* p. 649, maxime Kelleri editio altera, adhaerere epicum nemo erit, quin facile credat. Mantuano vero exemplorum numero fortasse dispar gravitate vix cedit Ovidius, quem vd. ad 16, 42, 48, 66, 101, 138, 172 et supra p. 5, 10, 11. Libet ex diversis carminum generibus hic bina vel terna testimonia subiungere: her. IX 1 *gratulor Oechaliam titulis accedere nostris* — II 555 (cfr. fast. III 420 Sen. dial. VII 12,5 Liv. XXV 29,5); X 48 *qualis ab Ogygio concita Baccha deo* — I 674 (Sen. Oed. 437 Stat. Th. IV 379); XI 55 = met. XIV 202 *mors*

1) Cfr. etiam Heitland in editione a C. E. Haskins a. 1887 emissa p. 108.

erat ante oculos — IX 763; am. I 7,60 *sanguis erat lacrimae* — IX 811; met. V 73 *tulit . . solacia mortis* 191 *magna feres . . solacia mortis* — VIII 314 (Stat. Th. I 596 IX 664 Sen. epigr. 27,5 B.); VI 232 (XI 476) *pendentiaque undique rector carbasa deducit* f. VI 715 *carbasa nautae* — II 697 (Mart. XII 29,17); ad VII 266 sqq., 554 sqq., VIII 753 sqq., quae exscribere piget, cfr. Luc. VI 670 sqq., IV 324 sqq., III 432 sqq.; XV 156 *corpora sive rogos flamma seu tabe vetustas abstulerit* — VII 809 (Sen. ep. 92,34); (XIV 7) XV 291 *Italiae donec confinia pontus abstulit et media tellurem reppulit unda* — II 435 (Verg. A. III 414 Claud. rapt. Pros. I 144); XV 684 *vibrata sibila lingua* — IX 631 (Verg. A. II 211 Sil. II 587 III 185); fast. III 489 *ne sciat hoc quisquam* — V 665; V 591 *mitti post terga sagittae* — I 230 (Sil. VII 646); ex P. IV 15,6 *pars mihi nulla vacat* — II 583; trist. I 1,43 *metus omnis obest* — IV 487 (Anthol. lat. 633,12; *timor omnis abest(o)* Verg. A. XI 14 Ov. am. I 10,9 Iuvenc. ev. III 107 Prudent. contra Symm. II 737); III 10,53 *siccis aquilonibus Histro* — IV 50; V 5,36 *scinditur in partes eqs.* — I 551 (Ov. met. XV 739 Sil. XVI 547 sq.).

De Livio et Manilio vd. p. 16 et 9; de Curtio Mus. Rhen. XLVIII (1893), 383.

Senecae opus rhetoricum nepotem, qui ipse declamaverat, inspississe nescio an vel ex locis ad v. 111 et 170 adscriptis appareat; manifestiora indicia videntur haec: suas. I 1 *stat immotum mare et quasi deficientis in suo fine naturae moles* — V 442; I 8 *quae in transitu ricisset* — VII 74; VI 3 *civilis sanguinis Sullana sitis in civitatem reddit* — I 330 sq.; VI 20 sq. *positum in rostris caput* — VII 305 (Octav. 510); controv. I pr. 6 *retro tulerit* — VII 426 (Verg. A. II 169); II 1,13 *o pauperies, quam ignotum bonum es* — V 527 sq.; II 4,3 *cadentes iam oculos ad nomen meum erexit fugientemque animam retinuit* — III 623, 737; VI 1 *vivo et iam patrimonium meum divisum est* — VIII 659; VII 1,9 *laqueus, gladius, praeceps locus . . mille aliae mortes* — IX 106 (VIII 654 sqq. Sen. Phaedr. 259 ep. IV 4 Ov. her. II 139 sqq.); IX 1 (24), 1 *non fortunam, sed causam spectavimus* — III 303; ex sexta suasoria etiam praeconii poetici, quod Cornelius Severus Ciceroni tribuit, Juvenali quoque X 286 obversati notitia ad eum pervenisse videtur, unde (v. 13 sq. et 23) deprompsit *senatus vindex, iurisque togaeque, triumphatus Jugurtha* (VIII 554 VII 63 II 90), sicque fortasse *cruento informis facie* (VI 225) ex v. 16 fluxit, ubi praeterea quod v. 16 et 17 eodem modo incipiunt atque apud Lucaenum VIII 56 et 57, adnotatione non indignum est; denique v. 21 *hoc nec in Emathio mitis victoria Perse nec te, dire Syphax, non fecit* in hoste Philippo mutatis nominibus ortum dedisce crediderim versibus

VII 799 sqq.; sed VIII 348 *Latiae commercia linguae*, quod deductum quis putet ex v. 11 *Latiae tristis facundiae linguae*, non longius abest ab Ovidio ex P. II 3,75 *Latiae facundia linguae*, quod ex eo Auson. Mos. 383 iteravit. Qui Severi versus in commento Lucani ad IX 402 leguntur, minus etiam conveniunt. Patruo philosopho quam avo fideliores comitem et asseclam se praestitisse poetam non necesse est fusius demonstrem, cfr. infra ad 1, 6, 19, 72, 77, 78, 89, 101, 111, 125, 129, 149, 150, 162, 164 et Fleckeis. ann. 145 (1892), 337.

Persii aequalis, cuius scripta Annaeus adeo mirabatur, ut recitante eo illa esse vera poemata, sua ludos diceret, satiras eum effinxisse in carminis heroici parte propter temporum rationes credi vix potest, nisi ex recitationibus eas memoria tenebat, nam vix ante annum 63 in vulgus exierunt, quo libri priores Lucani iam conscripti erant; immo fortasse accidit, ut satiricus epicum venaretur, ut in clausula *conpage soluta* (Pers. III 58 Luc I 72) melioris sensus apud hunc quam illum. Contra si Lucanus V 104 de sacro Delphico praedicat *haud illuc tacito mala vota susurro concipiunt*, ad Persii de recte precandi ratione satiram alteram provocare videtur, praeципue v. 6 *haud cuiris promptum est murmurque humilesque susurros tollere de templis* eqs., licet vix maiore spatio distet Sen. ep. X 5 *turpissima vota dis insusurrant* eqs. Pers. III 33 *nescit quid perdat coire* cum Lucano VII 191 *quid perdat nescius* si quis infitietur, per me licet; ex illo loco in epicis membranis turbam varietatis natam esse veri non dissimile est. Lucidum tamen cohaerentiae pignus scholiasta Persii protraxit, ex cuius versu III 3 *indomitum quod despumare Falernum tria verba* Lucanus X 163 in sua transmigrare iussit; in duabus etiam concinunt Propertius II 33,39 sq. Iuv. VI 303 Prudent. psychom. 368 (contra Symm. I 127) Sidon. Ap. ep. II 13,7.

Sed iam a Lucano imitatore ad Lucanum expressum progressi sumus, quem ne hic absolvam, cum spatii concessi exiguitas prohibeat, hunc in posterum differo. Ex exemplis infra subiectis eius vestigia prementes iam nunc detegimus auctorem Octaviae (ad 5, 74, 135), Valerium (17, 120), Silium (20, 103, 105, 120, 154), Statium (8, 27, 48, 50, 96, 124), Iuvenalem (146, 173). Plinium (33), Florum (1, 111, 125), panegyricos latinos (45, 148), Avienum (64), Ausonium (20, 41), Claudianum (17, 19, 20, 31, 37, 70, 72, 80, 120, 122, 135, 148), Prudentium (5), Sedulium (8), Dracontium (8, 17, 36, 89, 181), Alcimum Avitum (157), Ennodium (29), Aratorem (6, 35, 37, vd. etiam supra p 5 et 7), Corippum (2, 6, 8, 47, 92, 114, 117, 146).

Quid ex talibus locis, qui ut Senecae ad 72, 162, 164, 170 al. interdum commentarii plenioris vice funguntur, ad artem criticam et exegeticam factitandam proficiatur, prolixius non enarrabo, ne in

silvam ligna feram; paucis tamen monuerim ne ad fontem quidem historicum indagandum haec suo pondere carere. I 125 sqq. aemulorum Caesaris et Pompei ingenia et mores praeclare depinguntur; eisdem paene verbis eos delineatos apud Senecam videmus. Certe ut solet poeta etiam hoc loco patrui horrea despoliare potuit; sed cum eandem descriptionem iam ante philosophum a Velleio¹⁾ datam inveniamus, ad antiquorem fontem recedere fere cogimur, qui vix alias esse potest nisi Livius. Quocum convenit minus, quod Florus, hic quoque ut videtur dictionis Lucaneae fur, sed quod Dio testis accedit. Ceterum Lucanum praeter libros, quibus bellum civile Livius descripsit, etiam alios inspexisse exempla, quae in Mus. Rhen. XLVIII (1893), 384 collegi, satis fidei faciunt; quibus vacat quattuor alia subtexere. Bis Hannibal Pompei imaginem praecepit; nam et Caesaris adversarius, qui *dux etiam votis hoc te, Fortuna, precatur, quam retinere vetas, liceat sibi perdere saltem Italiam* (Luc. II 699) idem est atque Poenus, qui *nihil iam maius precatur deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat* (Liv. XXVI 41,16), et illius, qui nave soluta *ab Hesperia non flexit lumina terra*, affectus animi in libri tertii exordio eodem modo depingitur quo huius, quem a civibus redire iussum e nave *ferunt respexit saepe Italiae litora* (XXX 20,7); certe rem Livianam verbis et coloribus Annaeanis exornavit Silius XVII 211 sqq. Si dubitationi fortasse locus relinquitur in comparandis Luc. VII 351 *Romanas sancire volunt hoc sanguine leges* et Liv. XIII 8,10 *sanguine Hannibalis sanciam Romanum foedus*, at certe historici verba VIII 24,4 *ferme fugiendo in media fata ruitur* poeta imitando assecutus est VI 298 *inque ipsa pavendo fata ruit*, cfr. VII 104 Sen. Oed. 993 *multi ad fatum venere suum, dum fata timent.*

1) Vd. etiam ad 45 et 111 sqq. Locos Vellei et Lucani concinenter colligit V. Ussani, *Sul valore storico del poema lucaneo*, Romae 1903, p. 19, qui poetam non ex illius epitome hausisse rectissime contendit.

Lucani prooemium

Bella per Emathios plus quam civilia campos
Iusque datum sceleri canimus, populumque potentem
In sua victrici conversum viscera dextra
Cognatasque acies et rupto foedere regni
5 Certatum totis concussi viribus orbis
In commune nefas infestisque obvia signis

- 1 Verg. A. I 1 arma . . cano — (Verg. g. I 492) Ov. m. V 313 Emathiis . . campis —
Ov. m. XII 583 exercet memores plus quam civiliter iras Sen. Phoen. 354 R.
non satis est adhuc civile bellum; frater in fratrem ruat Tac. a. I 12 plus
quam civilia agitaret Flor. II 13,4 ut non recte tantum civile dicatur . .
sed potius commune quoddam ex omnibus et plus quam bellum Aurel. Victor.
Caes. 39 plus quam civilia Augustin, civ. dei III 14 et hoc plus quam civile
bellum fuit Oros. II 18,1 bellum civile, immo etiam plus quam civile Isid.
or. XVIII 1,2; 4
- 2 Sen. ep. 18,1 ius luxuriae publicae datum Stat. Th. III 444 daret armis iura
Rustic. Help. de Christi ben. 142 ius sceleris Coripp. Joh. VIII 116 si fas
civilibus armis iusque datum est — (83;) 109 populique potentis (ubi vide) 159
- 3 Verg. A. VI 833 patriae validas in viscera vertite vires Calpurn. ecl. I 48
in sua vesanos torquebit viscera morsus Val. VI 408 in sua versi funera
Justin. III 2,1 Graecia . . velut in viscera sua arma convertit XIII 6,17
Macedonia . . in sua viscera armatur ferrumque ab hostili bello in civilem
sanguinem vertit Flor. I 34 p. 84 R. denique in se ipse conversus . . novissime
Pompeii et Caesaris manibus . . semet ipse laceravit Paneg. lat. III 17 furit in
viscera sua gens Ambros. ep. 6,14 misere in sua populum conversum viscera
Paulin. Pell. 393 hoste . . subito in sua viscera verso.
- 4 Sen. Oed. 738 agmina . . cognata Stat. Th. I 1 fraternalis acies IV 436 consanguineas acies Claud. in Rufin. II 237; VI cons. Hon. 401 socias acies
cognataque signa Sidon. Ap. c. XV 28 cognatam portans aciem (Plut. Pomp.
70 Dio XII 53,1; 58,1) — Manil. II 48 Sil. II 297 Stat. Th. II 339 Aleim.
Avit. c III 85 IV 33 foedere rupto
- 5 Sen. epigr. 19,5 Baehr. versis viribus orbis incubuit belli tota ruina Octav.
518 R concussus orbis viribus Prudent. ham. 238 quassantia viribus orbem
- 5 sq. Sen. Phoen. 298 certant in omne facinus Arator. I 420 fit commune nefas — Verg. g. I 489 inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum
videre Philippi A. IV 628 litora litoribus contraria, . . arma armis
- 6 sq. Enn. ann. 570 V. pila retunduntur venientibus obvia pilis Sen. Phoen.
414 signa conlatis micant vicina signis Val. VI 403 quorum agmina
pilis, quorum aquilis utrimque micant (laud. b. Gild. I 247 signa . . obvia
Prudent. ham. 567 signis contraria signa paternis Coripp. Just. III 345
signa meis . . contraria signis

Signa, pares aquilas et pila minantia pilis.

Quis furor, o cives, quae tanta licentia ferri
Gentibus invisis Latium praebere cruento!

- 10 Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis
Ausoniis umbraque erraret Crassus inulta,
Bella geri placuit nulos habitura triumphos.
Heu quantum terrae potuit pelagique parari
Hoc quem civiles hauserunt sanguine dextrae,
- 15 Unde venit Titan et nox ubi sidera condit,
Quaque dies medius flagrantibus aestuat horis
Et qua bruma rigens ac nescia vere remitti
Astringit Scythico glaciale frigore pontum:
Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes,

8 insania ferri Prisc. cfr. Verg. A. II 42 VII 461 Mart. IX 70,7
18 schyticum glaciali V

- 8 Verg. A. V 670 quis furor iste novus? quo g. IV 495 quis tantus furor
Tib. I 10,33 IV 3,7 Ov. m. III 531 VI 170 am. III 14,7 art. III 172
Luc. VII 95 Stat. Th. XI 329 Prud. psych. 351 Coripp. Joh. VIII 56 quis
furor Stat. Th. II 212 quae tanta licentia monstro, quis furor est Sil I 385
quae tanta licentia voti Sedul. I 245 quis furor est, quae tanta animos de-
mentia Dracont. V 1 quis furor iste novus, quae tanta licentia ferri Coripp.
Joh. III 34 quae tanta insania belli, quis furor exarsit; cfr. Sen. dial. VII
27,1 qui iste furor, quae ista . . natura
- 10 Claud. in Eutr. I 335 Babylona superbam
- 11 Ov. m. IV 443 errant . . umbrae (XV 798 Stat. Th. X 361) Ammian. XXIII
5,17 nec erravere diu manes eius inulti
- 12 Paneg. lat. XII 46 vidisti finitum civile bellum, cui decernere posses triumphum
- 13 Oros. VI 15,25 contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occi-
sionem mutuam constitisse, quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli
reges ferre potuissent (Plut. Pomp. 70 Hor. c. I 2,22)
- 14 X 338 sanguine dextras Val. III 391 maduerunt sanguine dextrae
- 15 Verg. A. V 126 condunt ubi sidera cori Manil. II 836 condit sidera mundo
Sen. Med. 876 nox condat alma lucem
- 16 Ov. m. X 126 aestus erat mediusque dies III 144 art. III 723 iamque dies
medius am. I 5,1 aestus erat mediisque dies exegerat horam Sen. Herc.
F. 236 medius regna quae torret dies — 414 aestuet horis Hor. c. III 13,9
flagrantis atrox hora Caniculae Verg. g. I 107 morientibus aestuat herbis
- 17 Val. I 515 nube rigens ac nescia rerum Dracont. X 172 et iam bruma
rigens — Tib. III 5,4 vere remittit humus Claud. in Rufin. II 101 zephyris
cum primum bruma remitti . . coepita
- 18 Ov. her. XV 112 astrictum gelido frigore pectus m. IX 582 glaciali frigore
corpus German. Arat. IV 49 glebas a-tringit frigore
- 19 sq. Sen. Herc. O. 414 cuius triumphos ultimi Seres canunt et quisquis alias
orbe concepto iacet Claud. paneg. Prob. (I) 160 Seythicus famuletur Araxes

- 20 Et gens, si qua iacet nascenti conscientia Nilo.
Tunc si tantus amor belli tibi, Roma, nefandi,
Totum sub Latias leges cum miseris orbem,
In te verte manus; nondum tibi defuit hostis.
At nunc semirutis pendent quod moenia tectis
25 Urbibus Italiae lapsisque ingentia muris
Saxa iacent nulloque domus custode tenetur
Rarus et antiquis habitator in urbibus errat,
Horrifica quod dumis multosque inarata per annos
Hesperia est desuntque manus poscentibus arvis,
30 Non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Poenus erit; nulli penitus descendere ferro

26 tenentur ZGC

31 erat V | discindere pars codicum

- 20 Sil. III 399 stabulanti conscientia Phoebo Iuvenc. evang. I 224 gens . . sur-
genti conscientia soli Avien. desc. 381 qua surgenti terrae pars conscientia Phoebo
est Auson. Bissul. III 2 p. 116 P. conscientia nascentis Danubii Claud. paneg.
Prob. (I) 37 vel calido si quis coniunctus in axe nascentem te, Nile, bibit
in Rufin. II 149 gens si qua carm. min. XXVIII 14 (Nilus) flumina profundens
alieni conscientia caeli Paneg. lat. II 2 conscientia occidui solis oceano
21 Verg. A. II 10 VI 133 XI 323 Hor. s. II 1,10 Prudent. contra Symm. II
335 sed (quod, aut etc.) si tantus amor Manil. IV 228 tantus amor pugnae
est — Verg. A. XII 572 belli summa nefandi
22 Verg. A. IV 231 totum sub leges mitteret orbem
23 Stat. Th. VII 175 sic hostis defuit
24 sqq. Oros. VII 15,5 Italianam pestilentia tanta vastavit, ut passim villae, agri
atque oppida sine cultore atque habitatore deserta in ruinas silvasque con-
cesserint
26 Verg. A. III 221 nullo custode I 564 custode tueri Claud. in Eutr. II 210
pateant tantae nullis custodibus urbes Rutil. Nam. I 285 antiquas nullo
custode ruinas Alcim. Avit. I 54 nullo cultore teneri
27 Verg. ecl. VI 40 rara . . errant A. I 578 urbibus errat Stat. Th. IV 150
rarus vacuis habitator in arvis Ennod. dict. I 18 p. 428,4 H. rarus habitator
28 Verg. A. VIII 348 horrifica dumis IX 381 dumis atque ilice nigra horrifica
— Verg. g. II 208 multos ignava per annos A. II (363) 715 multos servata
per annos
29 Verg. g. I 506 non ullus aratro dignus honos, squalent abductis arva colonis
A. XI 379 bella manus poscunt Ennod. op. III 141 p. 367,16 H. quid
demoror manus arva poscentia?
30 sq. Ann. 274 V. at non sic dubius fuit hostis Aeacida Burrus Flor. II
6,11 nec Hannibal nec Pyrrhi fuit tanta vastatio 9,22 atrocior Pyrrho et
Hannibale (cfr. Liv. XLII 3,6) I 22,7 huius tantae cladis auctor Hannibal
(Hor. epod. XVI 3 sqq. Paneg. lat. XII 46)
31 Ov. m. III 67 totum descendit in ilia ferrum Sil. III 705 tu (Poene)... nulli
relinques altius Ausoniae penetrare in viscera gentis Claud. b. Get. 601

Contigit: alta sedent civilis volnera dextrae.
Quod si non aliam venturo fata Neroni
Invenere viam magnoque aeterna parantur
35 Regna deis caelumque suo servire Tonanti
Non nisi saevorum potuit post bella gigantum,
Iam nihil, o superi, querimur; scelera ista nefasque
Hac mercede placent; diros Pharsalia campos
Inpleat et Poeni saturentur sanguine manes;
40 Ultima funesta concurrant proelia Munda;
His, Caesar, Perusina fames Mutinaeque labores
Accedant fatis et quas premit aspera classes
Leucas et ardenti servilia bella sub Aetna:
Multum Roma tamen debet civilibus armis,
45 Quod tibi res acta est. Te, cum statione peracta

37 ipsa VZUG

45 statione reicta K, cfr. VII 235 Verg. A. IX 222 Ov. tr. II 219 et p. 11 et 32

altius haud umquam toto descendimus ense (Liv. I 41,5 ferrum haud alte
in corpus descendisse Manil. IV 877 penitus . . descendere)

32 Verg. A. XI 817 alto stat volnere mucro XI 277 volnere dextram — Anthol.
lat. 607,3 dextera . . civilis

33 sqq. Plin. paneg. VI 2 si tamen haec sola erat ratio, quae te publicae
salutis gubernaculis admoveret, prope est, ut exclamem tanti fuisse — Verg. A.
III 395 X 113 fata viam invenient (IV 478) VII 297 Sil. XIII 538 Arator. I
952 invenere viam Stat. (Th. V 109) s. V 1, 145 invenere viam liventia fata.

35 Arator. I 49 nec cessant elementa suo servire Tonanti

36 Orest. trag. 242 post bella gigantum

37 sq. Arator. I 62 scelera ipsa nefasque hac potius mercede placent Claud. b.
Gild. 260 mercede placebit proditio nupt. Hon. 144 hac mercede veni

39 II 173 sanguine manes IV 789) VI 310 Poenorumque umbras placasset
sanguine fuso (Ov. f. V 575) Sil. IV 435 satiatam sanguinis hastam XI 565
sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros — Claud. IV cons. Hon. 97
placavit sanguine manes VI cons. Hon. 116 pavit Juleos inviso sanguine
manes

40 Flor. II 13,77 omnium postrema certaminum Munda Oros. VI 16,7 ultimum
bellum apud Mundam flumen gestum est — Verg. g. I 318 concurrere proelia
vidi Val. VI 177 primasque sinit concurrere pugnas

41 Auson. ep. 26,43 p. 275 P. Perusina . . fame

42 Ov. her. VII 135 accedit fatis . . infans tr. I 8,47 accedit fatalibus . .
damnis — Petr. 119,16 fames premit advena classes

43 Manil. I 919 profugo servilia milite bella (de hoc bello) — Hor. art. p. 465
Sen Herc. O. 286 (Ov. m. II 220 XV 340) ardens Aetna

44 I 325 V 285 VI 299 VIII 351; 559 IX 1076 civilibus armis Claud. cons.
Stil. II 85 daret civilibus armis Coripp. (ad v. 2)

45 sq. Paneg. lat. V 7 peracta statione Vell. II 131,2 (principi) functo lon-
gissima statione mortali destinate successores quam serissimos

Astra petes serus, praelati regia caeli
Excipiet gaudente polo; seu sceptra tenere
Seu te flammigeros Phoebi concendere currus
Telluremque nihil mutato sole timentem
50 Igne vago lustrare iuvet, tibi numine ab omni
Cedetur, iurisque tui natura relinquet,
Quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi.
Sed neque in arctoo sedem tibi legeris orbe,
Nec polus aversi calidus qua vergitur austri,
55 Unde tuam videas obliquo sidere Romam:
Aetheris inmensi partem si presseris unam,
Sentiet axis onus. Librati pondera caeli

54 adversi VU

- 45 sqq. Hor. c. I 2,45 Ov. m. XV 868 tr. V 2,51 Sen. dial. XI 12,5 Val. I 16
Sil. III 625 Stat. s. IV 2,21 carm. epigr. 18,4 B.
- 46 Ov. f. II 496 astra petebat equis m. I 316 petit arduus astra — Verg. A.
VII 210 stellantis regia caeli accipit (g. I 503) Ov. m. I 257 II 298 Petr.
124,265 (Val. I 668) Sil. I 136 Stat. Th. XI 218 carm. epigr. 305,3 regia caeli
- 47 Coripp. Just. IV 100 gaudente polo — Ov. (m. III 265) f. VI 506 sceptra
tenere loci
- 48 Lucr. VI 47 condescendere currum Ov. tr. III 8,1 Triptolemi cuperem con-
descendere currus Manil. V 10 aethereos iussus condescendere currus Sen. Herc.
F. 593 curru . . flammifero ambiens Sil. I 210 V 55 flammiferum (condunt)
currum XVI 375 ascendere currum Stat. s. I 2,119 flammigeras fas esset
scandere sedes Avien. Arat. 1435 flammigero Phoebus temone Anthol. lat.
582,3 cum sol igniferos currus (Stat. s. IV 3,136)
- 50 Stat. Th. VIII 512 lustro vagus terras — Stat. Th. I 27 licet ignipedum
frenator equorum ipse tuis . . crinibus arcum imprimat aut magni cedat
tibi Juppiter aequa parte poli
- 51 sq. Claud. III cons. Hon. 172 invitantque novum sidus pendentque vicissim,
quas partes velit ipse sequi, quibus esse sodalis dignetur stellis aut qua
regione morari — Ov. m. IV 589 natura reliquit
- 53 sq. Sen. Herc. O. 89 sive glacialem polum seu me tueri fervidam partem
iubes, hac esse superos parte securos puta 1572 horrido tantum procul a
leone det pater sedes calidoque canero
- 54 Claud. in Rufin. I 364 qua vergit in austrum Anthol. lat. 850,11 qua ver-
gitur axis
- 55 Ov. m. II 787 obliquo . . lumine cernens Stat. Th. I 159 terras obliquo sidere
tangit
- 56 sq. Ov. m. XV 693 numinis illa sensit onus pressa estque dei gravitate ca-
rina IX 273 sensit Atlas pondus Petr. 124, 264 sentit terra deos mutataque
sidera pondus quaesivere suum
- 57 Ov. f. II 490 caeli pondera m. I 13 tellus ponderibus librata suis Manil.
I 173 librato penderet pondere tellus Sen. Phaedr. 973 pondera mundi li-
brata Claud. in Rufin. I 11 tellurem medio libraverit axe

- Orbe tene medio; pars aetheris illa sereni
Tota vacet, nullaeque obstent a Caesare nubes.
- 60 Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inque vicem gens omnis amet; pax missa per orbem
Ferrea belligeri conpescat limina Iani.
Sed mihi iam numen, nec si te pectore vates
Accipio, Cirrhaea velim secreta moventem
- 65 Sollicitare deum Bacchumque avertere Nysa:
Tu satis ad vires Romana in carmina dandas.
Fert animus causas tantarum expromere rerum,
Inmensumque aperitur opus, quid in arma furentem
Inpulerit populum, quid pacem excusserit orbi:
- 70 Invida fatorum series summisque negatum

60 Tum VPZG

67 exponere K₂

- 58 Ov. f. IV 5 aether . . ex illa parte serenus erat
- 60 sqq. Lucr. V 1012 Ov. art. II 473 tum genus humanum Lucr. II 995 V 1024,
1055, 1143 Verg. A. I 542 Luc. VI 614 et (si etc.) genus humanum — Verg.
A. I 291 aspera tum positis mitescent saecula bellis . . dirae ferro et compagi-
bus artis claudentur belli portae Ov. (m. XII 147 am. II 9,35 Ibis 39) her.
III 95 positis secessit ab armis
- 61 VH 177 Verg. g. IV 166 A. XII 502 Prop. III 24,35 Ov. her. XVII 180
art. II 154 m. IV 72 VI 631 IX 36 Iuv. VI 311 inque vicem (vices)
- 62 Verg. A. I 448 aerea . . limina VII 609 aeternaque ferri robora nec custos
absistit limine Janus Stat. s. II 3,12 belligerum Jani nemus
- 63 Anthol. lat. 254,13 tu mihi numen eris
- 63 sq. V 97 (163) conceptum est pectore numen Verg. A. IX 275 te . . iam
pectore toto accipio Sen. Oed. 298 pectore exciperem deum
- 64 Avien. descr. 6 Apollo . . quatiens penetralia Cirrae — Verg. A. I 262 fa-
torum arcana movebo
- 65 Ov. m. IV 473 sollicitatque deas Sen. Med. 271 sollicita deos
- 66 Ov. f. I 17 dederis in carmina vires am. I 1,5 dedit hoc in carmina iuris
Manil. I 7 hunc mihi tu, Caesar, . . das animum viresque facis ad tanta
canenda Coripp. Just. I 10 vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Musis
sufficitis
- 67 Ov. m. I 1; 775 art. III 467 (her. XIII 85) Pers. IV 7 Stat. s. IV 4,49
Th. I 416 Dracont. X 1 Arator. I 302 fert animus Sall. Iug. 54,4 quo
cuiusque animus fert Suet. Otho 6 tulerat animus — Ov. f. III 725 causas
expromere
- 68 Petr. 120,86 in damna furentem
- 70 Stat. Th. X 384 invida fata piis carm. epigr. 555,4 invida fatorum ge-
nesis 1206,1 invida Parcarum series Ov. m. XV 152 seriemque evolvere fati (Sen.
n. q. II 32,4) Cl ud. rapt. Pros. I 52 seriem fatorum — 70 sq. Sen. Agam.
88 (ad 81) Stat. s. II 7,90 nunquam data longa fata summis Claud. carm.

Stare diu nimioque graves sub pondere lapsus
Nec se Roma ferens. Sic cum conpage soluta
Saecula tot mundi suprema coegerit hora
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
75 Sidera sideribus concurrent, ignea pontum
Astra petent, tellus extendere litora nolet
Excutietque fretum, fratri contraria Phoebe
Ibit et obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poscit sibi, totaque discors
80 Machina divolsi turbabit foedera mundi.

min. 11,1 pulchris stare diu Parcarum lege negatur; magna repente ruunt,
summa cadunt subito in Rufin. I 23 tolluntur in altum, ut lapsu graviore
ruant Flor. II 13,1

- 72 Petr 120,84 ipse suas vires odit Romana iuventus et quas struxit opes,
male sustinet (Hor. epod. XV 12 Liv. I pr. 4 VI 19,6) Pers. III 58 Stat. Th.
VIII 31 (Sil. XVII 607) Maximian. I 173 conpage soluta Claud.
rapt. Pros. I 115 conpage soluta lucidus umbroso miscebitur axis Averno
(Hilarius ev. 106) Coripp. Joh. V 48 orbis . . conpage solutus (Minuc. XI 1).
72 sqq. Sen. de ben. VI 22 omnia ista ingentibus intervallis diducta et in
custodiam universi disposita stationes suas deserant; subita confusione rerum
sidera sideribus incurvant et rupta rerum concordia in ruinam divina labantur
eqs. dial. VI 26,6 cum tempus advenerit, quo se mundus renovaturus extinguat,
viribus ista se suis caedent et sidera sideribus incurvant et omni flagrante
materia uno igni, quiequid nunc ex disposito lucet, ardebit XI 1,2 hoc
universum dies aliquis dissipabit et in confusionem veterem tenebrasque
demerget nat. q. III 28; 29 Thy. 831 deos hominesque premat deformis chaos eqs.
73 Tib. I 1,59 suprema mihi cum venerit hora Verg. g. III 327 collegerit hora
74 Ov. m. II 299 in chaos antiquum confundimur Octav. 391 qui si senescit
tantus in caecum chaos casurus iterum eqs. Val. V 95 altum repetit chaos
Alcim. Avit. IV 160 (554) ad chaos antiquum species mundana recurrat — Verg.
A. III 436 (Ov. m. VIII 212 Stat. Th. XII 100) repetens iterumque
75 Verg. A. IV 628 litora litoribus contraria . . Verg. A. IV 352 astra ignea
surgunt
77 sq. Ov. f. V 244 et freta . . excutiamque Sen. Thyest 839 non phoebeis obvia
flamnis demet nocti luna timores vincetque sui fratris habenas curvo brevius
limite currens Oed. 253 sororque fratri semper occurrrens tuo, Phoebe
78 Manil. V 80 in obliquum cursus agitare Sen. Phaed. 312 nocturnas agitare
bigas — II 643 agitabis in orbe Verg. A. XI 694 agitata per orbem
79 Sen. Phaedr. 1091 indignans diem
80 Lucr. V 96 ruet moles et machina mundi Manil. II (68;) 807 dissociata
fluat resoluto machina mundo Sen. Med. 605 rumpe nec . . foedera mundi
Avien. Arat. 562 Dracont. X 499 machina mundi Claud. in Rufin. I 4 dispositi
quaesisset foedera mundi Coripp. Joh. I 291 magnaque concussi turbatur
machina mundi

- In se magna ruunt; laetis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum. Nec gentibus ullis
Commodat in populum terrae pelagique potentem
Invidiam Fortuna suam. Tu causa malorum
85 Facta tribus dominis communis, Roma, nec unquam
In turbam missi feralia foedera regni.
O male concordes nimiaque cupidine caeci!
Quid miscere iuvat vires orbemque tenere
In medio? dum terra fretum terramque levabit
90 Aer et longi volvent Titana labores
Noxque diem caelo totidem per signa sequetur,
Nulla fides regni sociis, omnisque potestas

89 medium VU

- 81 Sen. Phaedr 480 in semet ruet Agam. 88 sidunt ipso pondere magna cedit
que oneri fortuna suo — Ov. tr. V 14,32 laetis ardua rebus ex P. IV 4,15
laetarum venio tibi nuntia rerum
82 X 331 modumque vetat crescendi ponere Verg. A. VII 129 exitiis positura
modum Stat. s. II 6,1 ponis lugendique modos Hor. c. I 16,²
83 Verg. A. III 528 maris et terrae . . . potentes Hor. c. s. 53 mari terraque
manus potentis Ov. f. I 88 populo rerum . . . potente — IV 375 terra pelagoque
IX 304 Sil. IV 53 Anthol. lat. 687,21 pelagi terraeque Claud. carm. min.
XXX 26 terrae pelagique
84 Verg. A. XI 361 Octav. 11; 650 Prudent. ham. 557 Alcim. Avit. VI 479 causa
malorum
87 VII 747 aurique cupidine caecos Lucr. IV 1145 plerumque cupidine caecos
Verg. A. IX 354 nimia caede atque cupidine ferri Ov. ex P. II 8,71 nimiaque
cupidine ludor Stat. Th. II 116 caecumque cupidine regni (Sall. Iug. 25,7;
37,4 cupidine caecus)
89 sqq. Sen. Med. 401 dum terra caelum media libratum feret nitidusque certas
mundus evolvet vices . . . et solem dies, noctem sequentur astra Stat. Th.
VIII 307 (terra) quae pontum ambisque vehisque Claud. IV cons. Hon. 288
et qui perpetuo terras ambitque vehitque . . . aer Dracont. laud. dei I 408
— Eugen. Hexaem. 292) dum terra fretum, dum terram sublevat aer
91 Sen. dial. VIII 5,4 sena per diem, sena per noctem signa perducens Aetnae
236 sex (signa) cum nocte rapi, totidem cum luce referri Manil. II 208
92 sq. Enn. fab. 404 V. nulla sancta societas nec fides regni est Liv. I
(13,8;) 14,3 ob infidam societatem regni Ov. art. III 564 non bene cum sociis
regna Venusque manent Phaedr. I 5,1 numquam est fidelis cum potente so-
cietas Curt. X 9,1 insociabile est regnum Sen. Ag. 259 nec regna socium
ferre nec taedae sciunt Colum. IX 9,1 nulla sit regni societas Stat. Th.
I 130 sociisque comes discordia regnis 187 saevior dempto consorte potestas
Tac. a. XIII 17 insociabile regnum Minuc. XVIII 6 quando umquam regni so-
cietas aut cum fide coepit Oros. VII 26,6 res . . . hucusque incognita:
multorum simul regum patiens consortium et magna concordia eqs. Coripp.
Joh. IV 88 nescit commissa potestas aequales sufferre duos: consortis amicum
saecula nulla ferunt (Plut. Demetr. 3 πάντη δυσκοινώνητον ή ἀργή)

Inpatiens consortis erit. Nec gentibus ullis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur:
95 Fraterno primi maduerunt sanguine muri;
Nec pretium tanti tellus pontusque furoris
Tunc erat: exiguum dominos commisit asylum.
Temporis angusti mansit concordia discors,
Paxque fuit non sponte ducum; nam sola futuri
100 Crassus erat belli medius mora. Qualiter undas
Qui secat et geminum gracilis mare separat Isthmos
Nec patitur conferre fretum; si terra recedat,
Ionum Aegaeo franget mare: sic ubi saeva
Arma ducum dirimens miserando funere Crassus

101 medium P (Lactant.) | male Cort.

- 94 Claud. cons. Stil. II 304 fatorum exempla
95 II 149 nati maduere paterno sanguine Cat. LXIV 399 perfudere manus fraterno
sanguine fratres Val. III 391 maduerunt sanguine dextrae Coripp. Joh. IV 96
Roma, novos proprio quae sanxit sanguine muros
96 sq. Stat. Th. I 150 nuda potestas armavit fratres, pugna est de paupere regno.
98 IV 477 angusto in tempore Sen. controv. II 3,7 Sen. nat. q. III pr. 3 an-
gustum tempus Claud. in Ruf. II 53 angusto tempore — Hor. ep. I 12,19
rerum concordia discors Ov. m. I 433 (Lactant. inst. II 9,17; 20) discors
concordia Manil. I 142 Paul. Nol. c. VIII 20 (Sidon. Ap. c. XV 170 Licent.
ad August. (= FPR p. 418 B.) 130) discordia concors Prud. psych. 824
concordia consors
99 sqq. Plut. Pomp. 53 Caes. 28 Flor. II 13,13
100 Verg. A. X 428 Prud. ham. 211 (Abantem) pugnae nodumque moramque
Hor. c. II 19,28 pacis eras mediusque belli Sen. suas. II 19; 20 belli mora
concidit Hector Sen. Ag. 211 Hector et bello mora Phoen. 96 (458) belli
moram Sil. I 479 Romani Murrus belli mora VIII 33 sola illa . . mora
101 sq. Ov. her. VIII 69 qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos XII
104 quique maris gemini distinet Isthmos aquas m. III (45 geminas qui se-
parat Arctos) 448 mare separat ingens Sen. Herc. F. 336 bina findens
Isthmos exilis freta Thyest. 112 Isthmos . . vicina gracili dividens terra
vada 629 maris gemini premens fauces Corinthos Ag. 562 arx . . spectat
mare utrimque geminum . . Isthmon qui . . Ionia iungi maria Phrixois vetat
(= Stat. Ach. I 409) Stat. Th. I 120 geminis vix fluctibus obstitit Isthmos
Rutil. I 319 qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos Ionias bimari
litore findit aquas
102 sq. Sen. Med. 35 gemino Corinthos litori opponens moras cremata flammis
maria committet duo Stat. s. IV 3,59 parvus nisi cliviae vetarent Inous freta
miscuisset Isthmos — Verg. A. III 72 terraeque urbesque recedunt Ov. m.
VIII 139 mea terra recedit XI 466 ubi terra recessit
103 Sil. XV 157 Ionum Aegaeo miscet mare (Sen. Oed. 603 fluctusque non
tot frangit Ionum mare)
104 Anthol. lat. 612,5 miserando funere raptum carm. epigr. 501,2 m. f. rapto

- 105 Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas,
Parthica Romanos solverunt damna furores.
Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est,
Arsacidae: bellum victis civile dedistis.
Dividitur ferro regnum, populique potentis,
110 Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem,
Non cepit fortuna duos. Nam pignora iuncti
Sanguinis et diro ferales omne taedas
Abstulit ad manes Parcarum Iulia saeva
Intercepta manu. Quod si tibi fata dedissent

110 continet U₂

- 105 IV 181 maculatus sanguine miles Cat. LXIII 7 sanguine maculans Prop. IV
10,43 maculant s. bracas Ov. m. (I 719) VII 315 XV 107 macula(vit) s. ferrum
Sil. II 6 patricio Cremerae maculavit s. ripas 617 maculant cognato s. dextras
XII 17 Maeonios Italo sceleravit sanguine fluctus Coripp. Ioh. IV 242 ma-
culavit s. mensas VIII 388 Romano . . maculatum est s. ferrum Sidon. Ap.
c. IX 251 Crassorum et madidas crux Carrhas
109 Sen. nat. quaest. pr. 8 illud pumetum . . ferro et igne dividitur — 2 Ov. f.
V 729 populi fortuna potentis
110 Lucr. I 278 quae mare, quae terras, quae Verg. A. I. 236 qui mare, qui terras
omni ditione tenerent Ciris 196 quae mare, quae Ov. m. I 257 ex P. I 10,9
quo(d) mare, quo(d) tellus Petr. 119,1 orbem iam totum victor Romanus
habebat, qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque Prud. apoth. 153
qui mare, qui terras, qui — VII 419 orbem possedit Ov. m. VII 59 totus
possidet orbis Claud. in Ruf. II 45! qui possidet orbem (Enn. fab. 285 V.
mare, terram, caelum contine Tib. IV 1,147 Anthol. lat. 83,46 continet orbem
Prisc. Perieg. I quae mundum continet omnem Prud. contra Symm. II 811
nostrum qui continet orbem Anthol. lat. 389,14 totum qui continet orbem)
111 Sen. contr. II 6,2 domus nostra luxuriosos duos non capit Sen. Thyest. 444
non capit regnum duos 534 recipit hoc regnum duos ep. 20,13 nos regna
non capiunt dial. II 2,2 cupiditate, quam totus orbis in tres divisus satiare
non poterat (Plut. Pomp. 53) Flor. II 13,14 tamquam duos tanti imperii
fortuna non caperet Minuc. XVIII 6 tam magni imperii duos fortuna non cepit
Coripp. Ioh. IV 95 non potuit portare duos (Verg. A. IX 644 Curt. IV
14,21 VI 6,6 VII 8,12 Sen. suas. I 5 Sen. Herc. F. 960 de ben. VI 31,8
Stat. s. I 1,11 Ach. I 151 Mart. VII 51,12 Claud. in Rufin. II 156)
111 sqq. Sen. dial. VI 14,3 Caesar . . audiit decessisse filiam publica secum
fata trahentem XI 15,1 Vell. II 47,2 concordiae pignus Julia decessit Flor.
II 13,13 morteJuliae, quae nupta Pompeio generi sacerisque concordiam ma-
trimonii foedere continebat, statim aemulatio erupit Val. Max. IV 6,4 Plut.
Pomp. 53 Caes. 23 Appian. b. c. II 19 Dio XL 44
114 Prop. II 1,17 quod mihi si . . fata dedissent Verg. A. (III 337) XI 112 nisi fata
. . dedissent Ov. m. (VII 691) X 163 tristia si . . fata dedissent Sen. Herc.
O. 211 pro si tumulum fata dedissent Sidon. Ap. c. V 181 vitam tum si
tibi fata dedissent Coripp. Joh. IV 484 si fata dedissent longaevos in luce
dies carm. epigr. 475,5 quod si fata mihi dedissent luce videre 1636,21

- 115 Maiores in luce moras, tu sola furentem
Inde virum poteras atque retinere parentem
Armatasque manus excusso iungere ferro,
Ut generos saceris mediae iunxere Sabinae.
Morte tua discussa fides, bellumque movere
- 120 Permissum ducibus. Stimulos dedit aemula virtus:
Tu, nova ne veteres obscurent acta triumphos
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne, times; te iam series ususque laborum
Erigit impatiensque loci fortuna secundi.
- 125 Nec quemquam iam ferre potest Caesarve priorem
Pompeiusve parem. Quis iustius induit arma,
Scire nefas; magno se iudice quisque tuetur:
Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.
- 117 Coripp. Joh. II 468 excusso dextera ferro
118 Ov. f. III 226 dant saceri generis accipiuntque manus
120 Stat. Ach. I 203 daturi . . stimulos — Hor. epod. XVI 5 aemula . . virtus
Val. V 86 tangit . . a. v. Sil. I 510 displicet a. v. Paulin. Nol. XIX 20 a. v.
Claud. bell. Gild. 349 iuvenem stimulis immanibus aemula virtus exacuit
Symm. ep. X 12,2 S. virtus aemula
- 122 Cic. fr. 10 Baehr. concedat laurea linguae — Claud. in Eutr. I 502 piratica
Magnum erigit . . laurea
- 123 Ov. her. IX 5 seriesque immensa laborum
124 Stat. Th. I 128 iurisque secundi ambitus impatiens
125 sq. (Sall. Iug. 96,3 Sulla . . neque consilio neque manu priorem alium pati)
Caes. b. c. I 4,4 Pompeius . . neminem dignitate secum exaequari volebat
Vell. II 29,3 (Pompeius) nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem, modestissimus . . nisi numeraretur inter maxima (vitia) . . indignari . . quemquam
aequalem dignitate conspicere 33,3 neque Pompeius quemquam omnino parem
tulit et, in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat Sen. dial.
VI 14,3 Pompeius non aequo latus animo quemquam alium esse in re
publica magnum ep. 94,65 quid Caesarem in sua fata . . inmisit? gloria et
ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus; unum ante se ferre non
potuit, cum res publica supra se duos ferret Flor. II 13,14 nec ille ferebat
parem nec hic superiorem Dio XLI 54,1 Ηγυπτίος μὲν αὐδενὸς ἀνθρώπων
δεύτερος, Καῖσαρ δὲ καὶ πρῶτος πάτων εἴναι ἐπεθύμει — Verg. A. IX 180 XI 6;
439 Ov. f. I 521 IV 891 induit (induat etc.) arma
- 127 sq. Hor. c. I 11,1 scire nefas Ov. f. III 325 Stat. Th. III 563 scire nefas ho-
mini — VII 349 Cic. pro Ligar. VI 19 nunc melior est iudicanda ea (causa), quam
etiam di adiuverunt Sen. controv. X 3,3 utrae meliores partes essent, soli
videbantur iudicare di posse (Vell. II 49,2 alterius ducis causa melior vide-
batur, alterius erat firmior 3 vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret
magis, prudens sequeretur Caesaris Liv. XXI 10,9 XXXIX 36,12)
- 128 Brutus apud Quint. IX 4,75 sciunt placuisse Catoni

- Nec coiere pares: alter vergentibus annis
130 In senium longoque togae tranquillior usu
Dedidicit iam pace ducem, famaeque petitor
Multa dare in volgus, totus popularibus auris
Inpelli plausuque sui gaudere theatri
Nec reparare novas vires multumque priori
135 Credere fortunae. Stat magni nominis umbra:
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias veteris populi sacrataque gestans
Dona ducum nec iam validis radicibus haerens
Pondere fixa suo est nudosque per aera ramos
140 Effundens trunco, non frondibus, efficit umbram;
Et quamvis primo nutet casura sub euro,
Tot circum silvae firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur Sed non in Caesare tantum
Nomen erat, nec fama ducis, sed nescia virtus
145 Stare loco, solusque pudor non vincere bello;

- 129 Hor. ep. I 5,25 coeat par.. pari — II 105 senis . . vergentibus annis Sen.
de clem. I 10,4 iam in senectutem vergentibus annis Stat. s. IV 4,70 ver-
gimur in senium Th. I 391 in senium vergens Tac. a. XII 44 (XII 19)
vergentibus iam annis Ammian. XIV 6,4 iamque vergens in senium Iuvenc.
I 8 vergentibus annis Symm. ep. IV 18 annis in senectam vergentibus Macr.
II 5,2 aetatis vergentis in senium
130 sq. Ov. rem. am. 503 dediscitur usu.
132 Verg. A. VI 816 nimium gaudens popularibus auris Sil. VII 512 Prud.
contra Symm. II 153 popularibus auris Hor. c. III 2,20 popularis aurae
133 Mart. VII 64,9 plausuque theatris
134 Ov. her. IV 90 (requies) reparat vires — Verg. A. VII 243 fortunae . .
prioris munera
135 VIII 449 nominis umbram Octav. 71 magni resto nominis umbra Quint. XII
10,15 umbra magni nominis Claud. IV cons. Hon. 59 Romani nominis umbra
carm. min. X 1 XXXI 46 nom. u. (Vell. II 1,4 Pompeium magni nominis virum)
136 sqq. Verg. g. III 332 sicubi magna Jovis antiquo robore quercus ingentes
tendat ramos A. X 423 arma exuviasque viri tua quercus habebit
137 Stat. Th. VI 67 veterum exuvias . . avorum Anthol. lat. XXI 138 dona
etiam veterum populorum, insignia regum
138 Lucr. III 325 V 554 communibus inter se radicibus haerent Ov. m. I 551
(IX 366) pigris rad. haeret Claud. VI cons. Hon. 77 radice tenacius haesit
139 Verg. A. X 771 mole sua stat
144 sq. Verg. A. V 455 X 872 XII 668 Sil. II 575 Stat. Th. I 644 VI 801 conscientia
virtus Hor. c. III 2,17 virtus repulsae nescia — Verg. g. III 84 stare loco
nescit Stat. Th. I 130 VIII 529 XI 658 Paulin. Nol. c. XX 431 stare loco
145 366 Lucil. 450 Ma. Val. VII 47 vincere bello

Acer et indomitus, quo spes quoque ira vocasset,
Ferre manum et numquam temerando parcere ferro,
Successus urgere suos, instare favori
Numinis, impellens, quidquid sibi summa petenti
150 Obstaret, gaudensque viam fecisse ruina.
Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulsi sonitu mundique fragore
Emicuit rupitque diem populosque paventes
Terruit obliqua praestringens lumina flamma,
155 In sua templa furit nullaque exire vetante
Materia magnamque cadens magnamque revertens
Dat stragem late sparsosque recolligit ignes.

154 perstringens PG

- 146 Cat. 103,2 saevus et indomitus Juv. II 77 Coripp. Joh. II 50 acer et indomitus — Ov. m. V 668 qua vocat ira, sequemur Sen. Ag. 142 quocumque me ira . . quo spes feret Sil. XII 430 quo praeda vel ira vocasset
- 147 Verg. A. V 403 Ciris 346 ferre manum Val. III 438 ferre manus
- 148 Paneg. lat. IX 15 urgere successus tuos Claud. cons. Stil. I 2 successusque novis successibus augent
- 149 Ov. m. VIII 75 perdere gauderet, quodcumque obstaret Sen. de ben. VI 31,11 divina atque humana impellentem et mutantem, quicquid obstiterat
- 150 Ov. her. XVIII 158 m. V 423 viam fecit Sen. Herc. F. 67 iter ruina quaeret nat. q. VI 17,2 vim (viām?) ruina parat — Lucr. I 740 fecere ruinas
- 151 sqq. Sen. Ag. 494 excidunt ignes tamen et nube dirum fulmen elisa micat nat. q. I 1,6 nubes . . efficiunt maiore inpetu impulsae fulmina Sil. I 254 excusso ventorum flatibus ignes
- 152 sq. Verg. A. XII 761 terretque trementes Ov. m. V 358 dies trepidantes terreat umbras Ammian. XX 11,25 iugi fragore tonitrua fulguraque mentes hominum pavidas perterrebant
- 154 Sen. Thyest. 358 concutiet cadens obliqui via fulminis Sil. I 358 qualis sanguineo praestringit lumina crine . . ignea lampas Stat. Th. V 666 praestringunt lumine — Verg. A. VI 300 stant lumina flamma Ov. m. XI 368 rubra suffusus lumina flamma her. XII 191 lumina flammæ Stat. Th. X 117 lumina flammis
- 155 IX 321 in sua regna furens
- 156 (Sen. ep. 57,8 fulmini etiam cum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est redditus)
- 157 Lucr. I 288 dat sonitu magno stragem Verg. g. III 556 (247 A. XII 453 Nemes. cyn. 197) dat stragem — 606 Arruns dispersos fulminis ignes colligit Verg. g. I 427 luna revertentes cum primum colligit ignes Sen. de ben. I 9,5 sparsa . . recolligere Oed. 506 lunaque dimissos dum plena recolligit ignes Val. II 354 colligit ignes V 431 sparsumque recolligit axem Sil. IV 305 colligit ignis Alcim. Avit. I 279 sparsaque recolligit undas Coripp. Joh. VI 159 saevos dum colligit ignes

Hae ducibus causae suberant; sed publica belli
Semina, quae populos semper mersere potentes.
160 Namque ut opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit et rebus mores cessere secundis
Praedaque et hostiles luxum suasere rapinae,
Non auro tectisve modus, mensasque priores
Aspernata fames; cultus gestare decoros
165 Vix nuribus rapuere mares; fecunda virorum
Paupertas fugitur, totoque accersitur orbe,
Quo gens quaeque perit; tunc longos iungere fines
Agrorum et quandam duro sulcata Camilli
Vomere et antiquos Curiorum passa ligones
170 Longa sub ignotis extendere rura colonis.

- 158 Ov. f. IV 368 an sua causa subest? II 514 IV 140 V 350 VI 266 causa . .
subest — Cic. off. II 8,29 nec vero umquam bellorum civilium semen et
causa deerit
159 sqq. Flor. I 47,7 quae enim res alia civiles furores peperit quam nimiae
felicitates? . . illae opes atque divitiae adfluxere saeculi mores mersamque
vitiis suis quasi sentina rem publicam pessum dedere (Sall. hist. I 16 M.
Catil. 10 sqq.; 37 Petr. 119 Juv. VI 298 sqq.)
162 sqq. Sen. ep. 114,9 ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum
esse diligentior incipit; deinde supellectili laboratur; deinde in ipsas domos
inpenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, . . ut tecta varientur auro,
ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor. Deinde ad cenas lautitia
transfertur et illic commendatio ex novitate et soliti ordinis commutatione
captatur 115,8 sq. Petr. 120,85 aspice late luxuriam spoliorum et censum
in damna furentem: aedificant auro sedesque ad sidera mittunt Tac. a. III 53
163 Sil. XIII 356 nec modus argento
164 sq. Sen. (ep. 122,7 commutant cum feminis vestem) nat. q. VII 31,2 colores
meretricios matronis quidem non induendos viri sumimus Sil. XIII 353 virum
de corpore vestes femineae Solin. 50,3 — Ov. m. II 366 nuribus mittit gestanda
Latinis Stat. s. I 6,29 decora cultu
165 sqq. Hor. c. I 12,41 hunc et incomptis Curium capillis utilem bello tulit
et Camillum saeva paupertas et avitus apto cum lare fundus Stob. flor.
95,17 (III p. 200 M) Ἀρκεσίλαος τὴν πενίαν λυπρὰν μὲν ἔλεγεν εἶναι . . ἀγαθὴν
δὲ κωροτρόφου
166 sq. Sen. dial. XII 10,8 epulas . . toto orbe conquirunt Auson. Cup. cruc.
67 p. 112 P. ut quo quaeque perit — Manil. V 55 totusque . . arcessitur
orbis
167 Sen. ep. 90,39 licet agros agris adiciat . . licet in provinciarum spatium
rura dilatet
168 sqq. Verg. g. III 515 duro . . sub vomere taurus Ov. tr. III 10,68 (Sil. IX 191)
vomere sulcat Claud. IV cons. Hon. 418 sulcata diu trabeato rura colono
169 Claud. rapt. Pros. I 197 patiere ligones
170 Sen. contr. II 1,26 ignoti servorum domino greges Sen. dial. VII 17,2 cur
plura (possides) quam nosti? . . tam neglegens es, ut non noveris pauculos

- Non erat is populus, quem pax tranquilla iuvaret,
Quem sua libertas inmotis pasceret armis.
Inde irae faciles et quod suassisset egestas,
Vile nefas magnumque decus ferroque petendum,
175 Plus patria potuisse sua, mensuraque iuris
Vis erat; hinc leges et plebis scita coactae
Et cum consulibus turbantes iura tribuni.
Hinc rapti fasces pretio sectorque favoris
Ipse sui populus letalisque ambitus urbi
180 Annua venali referens certamina Campo;
Hinc usura vorax avidumque in tempora faenus
Et concussa fides et multis utile bellum.

servos, aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam quorum notitiae memoria sufficiat? — Hor. a. p. 208 coepit agros extendere victor — II 635 VI 277 Claud. b. Gild. 198 IV cons. Hon. 418 rur(a) colon(i)

171 Claud. in Rufin. II 159 tranquilla pace carm. min. XXIX 48 pax . . tranquilla

172 Ov. am. III 15,9 quam sua libertas ad honesta coegerat arma

173 Juv. I 168 inde irae et lacrimae Cyprian. Heptat. I 895 inde irae et lacrimae et fraus . . nocendi -- Ov. m. I 392 nefas oracula suadent VIII 90 suasit amor facinus Claud. in Eutr. II 179 quae crimina suadet . . egestas

174 Hor. s. I 4,51 magnum quod dedecus — Claud. paneg. Manl. 147 melius magnoque petendum

175 sq. Cic. ad fam. VII 3,5 me nunquam voluisse plus quemquam posse quam universam rem publicam — Sall. hist. I 18 M. omne ius in viribus esset Sen. Herc. f. 253 ius est in armis, opprimit leges timor

178 sqq. Sen. ep. 29,11 malis artibus popularis favor quaeritur 115,10 mercatoresque et venales in vicem facti quaerimus non quale sit quidque sed quanti Petr. 119,39 nec minor in campo furor est emptique Quirites ad praedam strepitumque lucri suffragia vertunt . venalis populus, venalis curia patrum; est favor in pretio, . . plebem faenoris illuvies ususque exederat aeris; . . arma placent miseris, detritaque commoda luxu vulneribus reparantur Claud. in Eutr. I 197 sqq.

179 sq. Sil. VIII 256 malum exitiale . . ambitus et . . funestior . . Campus

180 Stat. s. III 1,45 annua veloci peragunt certamina lustro — Verg. g. III 103 A. V 144 Sil. V 302 VII 532 X 471 XVI 372 certamin(e) camp(um)

181 Dracont. laud. dei III 33 usura . . edax — Stat. s. II 2,151 avidi . . faenoris Arnob. II 40 avidum . . faenus

182 Ov. art. I 159 fuit utile multis Stat. Th. VII 66 utile bello Juv. VII 96 Coripp. Just. IV 361 utile multis

Appendix I

Hanc occasionem nactus novum Lucani fragmentum publici iuris faciam, quod mihi per litteras iuvenis his studiis deditus J. Ries benigne indicavit. In Cassiodori aut qui alias eius auctor est de oratione libro II 568 G. (= Migne LXX p. 1231) legimus: *hic ignis, huius ignis, ab hoc igni, quamvis Lucanus dixerit: igne viam scandens.*

Hoc in frustulo, quod initium hexametri videtur esse, de Phaethonte, cuius poeta et in carminis magni libro II 412 et in fragmento Iliacon mentionem facit, sermonem esse primo arbitratus nunc ad patrem referre malim; cfr. Ovid. f. III 415 *oceano clivosum scandit olympum Phoebus Avien. Arat. 1605 dehinc scandens minuat inbar igniferum sol.*

Appendix II (ad v. 45)

In v. 45 pro *peracta* interpolator quidam vetus *relicta* scripsit offensus geminatis *acta-peracta*; eadem causa adducti Oudendorp priore loco *gesta*, altero Heinsius *parata* proposuerunt. Idem scrupulus cum sexcentis locis Lucani aliorumque, non modo si in eodem versu, sed etiam si intra plures versus eadem vel eiusdem stirpis verba iterantur, ansam mutandi dederit, ut cupidis coniectandi haec causa iam auferatur, nonnulla talis in eodem versu vel enuntiato repetitionis exempla profero; ac primum quidem ex poetis: Lucr. V 599 *confuit . . ut profluat ardor* IV 673; 736 VI 53; 212 Be. Verg. A. XI 618 *versique Latini . . equos ad moenia vertunt* Ov. m. IV 732 *stantibus exstat* Manil. III 308 *super transversum vertitur axem* (cfr. Luc. VIII 462) V 68 *extollit, primum iuga tollit* Luc. II 160 *gestata per urbem et medio congesta foro* III 348 Sil. V 656 *obruitur telis nimboque ruente* VII 421 *cantibus obiectis reiectat* Iuv. VII 195 *excipiant modo primos incipientem* Auson. Mos. 57 *intuitu liquidis obtutibus* Prud. per. X 288 *intuens obtutibus* (cfr. Minuc. XXXII 5 *obtutus intuentis*). Quibus accedunt ex scriptoribus pedestribus haec: Cic. in Verr. III 20,51 *te edixisse dico* Catil. III 8,20 *illud ita collocandum consules illi locaverunt pro* Cluent. XXXVIII 107 *in iudiciis publicis iam tum florente re publica floruerunt* Philipp. II 40,102 *adscribi posse rescripsi* (cfr. Gell. X 1, 2 sq.) de orat. I 53,227 *dicta esse dicebat*; imprimis adamat *videri video* (de orat. III 49,188 Orat. XIX 67) aut *videre* (mihi) *videor* ut in Caecil. XIV 45 Catil. IV 6,11 de nat. d. I 38,106 Lael. XII 41 de invent. II 57,171 de orat. II 8,33 ad fam. IV 4,3 IX 15,2 XIV 3,5 al. (Caes.) b. Afr. XVIII 5 *in . . mittentes subito immittit* XXXVI 1 *summittere non intermittit* b. Hisp. IX 1 *non esse commissurum Caesarem, ut . . ad subsidium mittendum se committeret* Sall. Iug. LVIII 4 *convorso equo animaduertit fugam ad se vorsum fieri* Liv. IV 33,3 *Quinctio accito proelium ciens* 61,8 *accepti cepere* VIII 9,9 *incinctus cinctu Gabino* (nisi ibi scribendum est *cultu* ex X 7,3 vel *ritu* ex Luc. I 596) XXIII 44,6 *imber continens per noctem . . tenuit* XXXIV 50,2 *eas voces velut oraculo missas . . demitterent* XXXV 30,5 *armis abiectis in circumiectas . . silvas diffugiunt* XXXVIII 18,1 *contione dimissa missisque* XXXIX 53,13 *urbem fuga desertam oppidanorum, qui . . receperant sese, cepit campestresque barbaros . . in ditionem accepit* Macrob. I 7,2 *ut admitterentur missis obviis imperavit.*